

D. DIDACI YBAÑEZ
DE FARRIA,

I.V.P. GADITANI,
CAROLI II. HISPANIARUM,

Indiarumque Regis Catholici à Consiliis,
IN CANCELLARIA DE BUENOS AIRES
Fisci Regii Patroni, & in Goatemalensi Prætorio apud Americam
primarios inter Judices adscripti;

NOVÆ ADDITIONES,

OBSERVATIONES ET NOTÆ
AD LIBROS VARIARUM RESOLUTIONUM


ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D. DIDACI

COVARRUVIAS A LEIVA,

EPISCOPI SEGOBIENSIS,

AC SUPREMI CASTELLÆ SENATUS PRÆSIDIS;

NECESSARIIS INDICIBUS LOCUPLETATÆ.



LUGDUNI,

Sumpt. PETRI BORDE, JOAN. & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXVIII.

DE SUPERIORUM LICENTIA.

53854
39566

BN1935
.J24
1688
c.1



1080045007



ILLUSTRISSIMO, PRÆSTANTISSIMOQUE
 D. D. JOANNI LUCÆ
DE CORTEZ
 A CONSILIIS POTENTISSIMI
 HISPANIARUM REGIS
CAROLI SECUNDI,
 DOMUS ET AULÆ REGIÆ MAGNO PRÆPOSITO,
 in Indiarum Majori, ac in Supremo Castellæ Senatu
 Consiliario, &c.



*IRCVIBAT Patronum querens (VIR
 ILLUSTRISIME) in hoc orbe Parentis inops,
 è Typis nostris Lugdunensibus emergens Opus
 hoc, Novæ scilicet Additiones ad Illustrissimi
 Segobiensis Præsulis D. Didaci Covarruvias
 Varias & Practicas Resolutiones. Quæsumus
 & nos, sorteque beata, dum Partus hujus
 Literarii Primarios inter Judices dirimendis forensibus controver-
 sis, Potentissimo Hispaniarum mandante Rege, distentum Pa-
 rentem orbis alterius distinent Prætoria, dignum ei Protectorem
 invenimus: Virum quem in ipsius ætatis flore ad venerandæ sene-
 ctutis sacratiora munera & Proavorum virtutes, & propria
 evexere merita: quem sibi Rex Catholicus CAROLUS II.
 a providit sapientem ac industrium, præfecitque domui suæ: ^{a Genes.} ^{41.33.} *cujus*
 prudentiâ cuncta dirigat consilia sua, ^{b Lege} ^{Sacrilegii,} ^{Cod. de} *cujus dexteritate mode-*
 retur expediaturque mandata, ^{divers.} ^{rescript.} *cujus vigilantia prosperè procedant*
omnia. Cum enim virtutis premium gloria, non tempus sit, an-
norum Tibi series numerosa non fuit expectanda, ut inter ma-
turioris ætatis primarios Consiliarios recenseres, tanti Regis ad
talia munia Viri tam eximii laudantes delectum, de quo vel
tantillum sinistrè cogitare instar sacrilegii est. Sed quid me-
hercle mirum (PRÆPOSITE PRÆSTANTISSIME) Te tam celsis
 D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. à 2 mune*



DE FAM
 CAROLI II HISPANIC
 IN CANCELLARIA DE BUENO
 NOVA ADDITIO
 COVARUVIAS



FUNDO BIBLIOTECA PUBLICA
 DEL ESTADO DE NUEVO LEON

muneribus insigniri? Si namque multum sit Nobilitati deferendum, quid Tibi fuit in his denegandum, quem Prosapia inter Illustrissimas, antiquissimasque Nobilissima, sive de Molina Regni Aragonensis, sive in partibus de Estremadura, apud Hispanos commendatissimum efficit; cuius tum in re bellica Heroës tum in omni politioris literaturæ genere clarissimos peritissimosque Doctores dinumerare nec sufficimus, nec suscipimus, rati satius futurum si eorum Catalogum melius in horum locorum singularibus Historiis concinnatum, consulendum suadeamus. Meminisse tamen iuvabit Proavorum tuorum unum sub Joanna Archiducis Philippi I. Hispaniarum deinde Regis conjuge dilectissima merentem in Belgium migrasse, ex quo generosa proles nata felici liberorum inclitorum serie ad Avum tuum perennavit. Hic verò Belgicis in tumultibus, publica que rei subortis perturbationibus debitam Deo Regique suo fidem inviolatam servans, ad proprios tandem lares remeare coactus Hispani sedem fixit, in qua præclara civitate, vix derelictis incunabulis, ad humaniorum Literarum studium totius ingenii tui vires convertisti: quo, Philosophiæque cursu absoluto, Salmanticensis Academiam orbe toto celeberrimam adivisti, in qua tum in jure Canonico, tum Civili clara cum fama floruisti. Cum autem ^c honoris tui origo sit laudabilis, bonum hoc initium sequentibus rebus potuit dare præconium. Hinc evenit ut à Potentissimo Hispaniarum Rege Catholico vocatus, in consiliis primum tam laudabilem ei operam impendisti, ut de Te verius, quam alias de se apud Ennium Pythius Appollo, dici possit, ^d Te eum esse unde Reges, Populi, omnesque concives consilium expetant. Verum enim verò nec in his sistere potuerunt Amplitudinis tuæ dotes præclare, sed ad majora semper viam pararunt, gloriosaque munia gradum ad maxima Tibi fecerunt: unde Domus & Aula Regiæ Magnum Propositum, in Indiarum Majori, ac in supremo & Regio Castelle Senatu Consiliarium Proceres ceteri Te mirabundi suspiciunt: tamque acceptabilem in demandatis Tibi à Rege Catholico, arduis valde licet negotiis Te exhibuisti, quod cum Sapientum aliquis scite protulerit, ^e $\mu\iota\delta\omicron\varsigma$ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ, merito de Te prædicabimus, juste ^f sic eum honorari quem Rex voluerit honorare; vereque dicemus, Tibi secure creditum esse quod multoties potuit generi tuo committi, tantoque Regi melius esse, ^g elegisse Nobilem quam fecisse felicem, quia iste commonitus per veterum se facta custodit, ille exemplum non habet, nisi quod fecerit. ^h Fertur enim cursu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem sustinent cuncta manantia, ut sapor qui concessus est origini, nesciat rivulis abnegari. Tacere quin etiam non possumus quod in Te uno cunctis mirandum, nec immeritò videbitur, tot

^c Cassiod.
lib. 6.
epist. 3.

^d Cicero.
lib. 1. de
Orat.

^e Merces
virtutis
laus est.
^f Esther
6. 9.
^g Cassiod.
lib. 3.
epist. 12.

^h Idem
lib. 2.
epist. 15.

nempe

nempe Tibi concreditas, expeditasque gloriosè provincias nihilo minus obstirisse, quin in curiosè conquirendis ac diligenter evolvendis Libris ferè totus esses, quorum tantam congeriem cumulaisti, ut nec mille, nec millia decem, Voluminum quæ in tua mirè tersa, ac undique nitenti Bibliotheca reperiuntur, impleant numerum, in quorum sane censu cultiorem eruditionem, reconditioremque doctrinam continentia ingenti pretio acquisita & exquisita diligentius autographa minimè complectimur. Patronum igitur certo delegimus inter plurimos Proli Literariæ selectissimum, cuius eloquentia cum prudentia conjuncta omnium bonarum Artium scientiam testatur illi sociam; cuius eruditio varia peritum & politum; cuius constans memoria, ceterarum ingenii facultatum custos, in omnibus apprimè cautum; cuius insignis Jurisprudentia & perspicacitas acuta bonis & æquis venerandum, dolosis autem & iniquis tremendum; cuius ingenita ceteræ dotes eximia decorum, cunctisque charum efficiunt. Hi sunt laborum, inflexibilisque perseverantia tua fructus, ac integerrimi Viri ⁱ $\tau\omicron$ νοσηματα, qua silentium nostrum potius deceat quàm encomium. Sed quoniam, teste ^k Philosopho, honor est exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis, fas sit nobis nostram qualemcumque, meritis licet impari tuis, in Te testari venerationem, munusculum hoc Tibi demisse devovendo, lincaisque tuis oculis, sed quàm reverenter exhibendo, certa spe freti, felicem ei futuram Parentis inopiam, quam tanti Protectoris ditabit copia. Protege ergo recentem hunc partum, foveque sub alis, eumque tuis revolutum pedibus ab impugnantibus in hoc orbe tueatur potens dextera tua, donec faustam cynosuram nactus, charissimum Parentem visurus transfretet. Lugduni Anno Salutis M. DC. LXX XVIII.

ⁱ Decora,
orna-
menta,
&c.
^k Arist.
lib. 1.
Ethic.
cap. 5.

Amplitudinis tuæ

Obsequentissimi, addictissimique
Clientes

PETRUS BORDE, JOAN. & PETRUS ARNAUD.

53

AD